



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

PER SOLLEMNIA SACRÆ PENTECOSTES
PECVLIARES PRECES CATHOLICIS COMMENDANTUR.

LEO PP. XIII.

Vniversis Christifidelibus presentes litteras inspectoris salutem et Apostolicam Benedictionem.

Provida matris caritate dignum maxime est votum, quod Ecclesia rite Deo exhibere non cessat, ut populo christiano, quacumque ille patet, *una sit fides mentium et pietas actionum.* Similiter Nos, qui Pastoris divini ut personam in terris gerimus ita studemus animum imitari, idem propositum catholicas inter gentes fovere nullo modo intermisimus, idemque nunc enixius apud gentes eas urgemus, quas Ecclesia ipsa jam diu ad se magno revocat desiderio. Hisce vero consiliis curisque Nostris unde præcipue et auspicia petierimus et incrementa expectemus, non obscurum est apertiusque in dies exstat: ab eo nimirum qui *Pater misericordiarum* jure optimo invocatur, et cujus est illustrare mentes benigneque voluntates flectere in salutem.

Nec sane catholici non videre possunt quanta sit susceptarum a Nobis rerum gravitas et præstantia; in eis namque, cum amplificatione divini honoris et christiani nominis gloria, salus plurimorum vertitur sempiterna. Quæ ipsi si probe religioseque, ut æquum est, considerent, acriorem profecto sentient animis vim flammamque supernæ caritatis nihil quidquam Dei gratia recusantis, nihil non enitentis pro fratribus. Ita fiet, quod magnopere optamus, ut Nobiscum illi jungant alacres non modo secundi exitus fiduciam, sed omnem etiam quam possint opem, eam in primis quam humiles sanctæque preces a Deo conciliant.

Cujusmodi officio pietatis nullum videtur accommodatius esse tempus, quam quo olim Apostoli, post Domini ascensum in cœlum simul constiterunt *perseverantes unanimiter in oratione cum.... Maria Matre Jesu* (1), promissam expectantes *virtutem ex alto* omniumque dona charismatum. In eo nempe Cænaculo augusto ex eoque Paracliti illabentis mysterio, Ecclesia, quæ jam a Christo concepta, ipso moriente prodierat, tunc feliciter, quodam veluti afflatu divinitus accedente, suum cœpit obire munus per gentes omnes, in unam fidem novitatemque christiane vitæ adducendas. Brevique tempore fructus consecuti sunt uberes et insignes; in quibus ea voluntatum summa conjunctio, nunquam satis ad imitationis laudem proposita: *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una* (1).

Ob eam Nos causam censuimus catholicorum pietatem hortatu atque invitatione excitare, ut per exempla Virginis matris et Apostolorum sanctorum, proximis novendialibus ad sacræ Pentecostes solemnia, Deum velint uno ani-

(1) Act., IV, 14.

(2) Ib., IV, 32.

mo et singulari studio adprecari, illa instantes obsecratione: *Emitte Spiritum tuum, et creabuntur: et renovabis faciem terræ.*

Maxima enimvero ac saluberrima bona ex eo sperare licet, qui Spiritus est veritatis arcana Dei sacris in Litteris elocutus, Ecclesiamque perpetua presentia confirmans; ex quo, vivo sanctitatis fonte, regeneratæ animæ in divinam adoptionem filiorum, mire ad æterna augentur et perficiuntur. Siquidem ex multiformi Spiritus gratia divinum in eas lumen et ardor, sanatio et robur, levamen et requies, omnisque prosequendæ bonitatis animus, sancteque factorum fecunditas perenni munere derivantur. Idem denique Spiritus virtute sua in Ecclesia sic agit, ut mystici hujus corporis quemadmodum *caput* est Christus, ita ipsemet *cor* apta possit similitudine appellari: nam *cor habet quamdam influentiam occultam; et ideo cordi comparatur Spiritus Sanctus, qui invisibiliter Ecclesiam vivificat et unit.* (1)

Quoniam ille igitur omnino *Caritas est* eique opera amoris insigniter tribuuntur, valde idcirco sperandum fore per ipsum ut, evagante spiritu erroris et nequitiae cohibito, arctior fiat quæ decet Ecclesiæ filios vigeatque consensio et societas animorum. Qui quidem, secundum admonitionem Apostoli, nihil per contentionem agant, idem sapiant eandem habeant caritatem unanimes (2); atque ita Nostrium explentes gaudium, civitatem quoque incolumem florentemque non uno nomine efficiant. Ex hoc autem catholicorum inter se christianæ concordie specimine, ex hac impensa divini exorandi Paracliti religione, eo sperandum est vel maxime de reconciliatione quam instituimus dissi-

(1) «Summa th.» S. Thomæ p. III, q. VIII, art. 1, ad 3.

(2) Philipp. II, 2, 3.

dentium fratrum provehenda; ut idem illi velint in semetipsis sentire *quod et in Christo Jesu* (1), ejusdem nobiscum fidei atque spei aliquando compotes, vinculis conjuncti optatissimis perfectæ caritatis.

At vero præter bona emolumenta quibus fideles, quotquot hortationi Nostræ libentes responderint, talem pietatis fraternique amoris sollertiam certe a Deo cumulatam habebunt, placet Nobis præmia sacræ indulgentiæ ex thesauro Ecclesiæ addere et largiri.

Itaque omnibus qui novem continuis diebus ante Pentecostem quotidie preces aliquas peculiare ad Spiritum Sanctum, publicæ vel privatim, pie fecerint, concedimus in singulos eos dies indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum; plenariam autem in uno quolibet eorundem dierum vel festo ipso die Pentecostes, vel quolibet ex octo in sequentibus, modo rite confessione abluti sacraque communionem refecti ad mentem Nostram, quam supra significavimus, supplicaverint Deo. Hoc præterea tribuimus ut si qui easdem precum conditiones iterum pro pietate sua præstent per octo dies a Pentecoste proximos, ipsis liceat utramque consequi iterum indulgentiam. Quæ beneficia etiam animabus piis igni purgatorio addictis converti ad suffragium posse, atque in posteros item annos esse valitura, auctoritate Nostra decernimus atque edicimus; iis ceterum salvis quæcumque de more sunt ac jure servanda.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die V Maji anno MDCCCXCV, Pontificatus Nostri decimo octavo.—C. CARD. DE RUGGIERO.

(1) *ib. 5.*

*Se encargan peculiares preces á los Católicos para la festi-
vidad de Pentecostés.*

LEON PAPA XIII.

A TODOS LOS FIELES QUE VIEREN LAS PRESENTES, SALUD Y LA
BENDICIÓN APOSTÓLICA:

Muy propios son de la próspera caridad de madre los votos que la Iglesia dirige incesantemente á Dios para que por todas las partes á que se extiende el pueblo cristiano reine una misma Fe en las mentes y una misma piedad en las acciones. Del mismo modo Nos, que así como representamos en la tierra la persona del Pastor divino, así también procuramos imitarle en sus sentimientos, no hemos dejado en manera alguna de fomentar ese mismo propósito entre las Naciones Católicas, y ahora le hemos inculcado con mas empeño á aquellas Naciones que la Iglesia llama hacia sí con grande anhelo hace ya mucho tiempo.

Claro es, en verdad, y de día en día se hace mas patente bajo los auspicios de quien hemos puesto esos nuestros designios y afanes y de donde esperamos su incremento: esto es, de Aquel que con mucha razón es invocado como Padre de las misericordias, y á quien corresponde ilustrar los entendimientos y dirigir benévola mente las voluntades hácia la salvación. Y en efecto, los Católicos no pueden menos ver cuanta sea la gravedad é importancia de la obra que hemos emprendido; porque en ella además de la mayor honra de Dios y gloria del nombre cristiano, está interesada la eterna salvación de muchos. Si consideran todo esto bien y religiosamente, como es justo, sentirán de seguro acrecentarse más y más en sus almas la fuerza y la llama de aquella caridad celestial que con la gracia de

Dios nada rehusa, ni escasea esfuerzo alguno en favor de los hermanos. Así acontecerá, como en gran manera lo deseamos, que se unirán gustosos á Nós, no solamente en la confianza de un feliz éxito, sino también para prestarnos todo el auxilio que les sea posible, y en primer lugar el que con santas y humildes oraciones á Dios puede alcanzarse.

Para semejante deber de piedad ningún tiempo más apropiado que aquel en que los apóstoles después de la Ascensión del Señor á los Cielos, se reunieron *perseverando unánimemente en la oración con María Madre de Jesús*, esperando la fortaleza prometida de lo alto, y los dones de todos los carismas de la gracia. En aquél cenáculo augusto y por aquel misterio del descendimiento del Paráclito, la Iglesia que, concebida ya por Cristo, había nacido con la muerte del mismo, infundiéndose en ella como un soplo divino, empezó entonces felizmente su misión entre todas las gentes para reducirlas á la unidad de Fe y á la nueva vida cristiana. Y en breve tiempo se consiguieron señalados y abundantes frutos: entre ellos, aquella unión tan perfecta que jamás será bastantemente alabada y propuesta á la imitación: *En la muchedumbre de creyentes habia un solo corazón, y un alma sola.*

Por eso hemos creído Nos conveniente excitar la piedad de los Católicos exhortándoles é invitándoles á que, siguiendo el ejemplo de la Virgen Madre y de los Santos Apóstoles durante los nueve días que preceden á la fiesta del sagrado Pentecostés, rueguen á Dios unánimemente y con singular fervor, dirigiéndole con instancia aquella súplica: *Envia tu Espíritu y serán creados, y renovarás la faz de la tierra.*

Muy grandes y saludables bienes debemos esperar

ciertamente de Aquel que es Espíritu de verdad, que ha manifestado los arcanos de Dios en las Sagradas Letras, y que confirma á la Iglesia con su perpetua presencia, por medio del cual, que es fuente viva de santidad, regeneradas las almas con la adopción de hijos de Dios, admirablemente se enriquecen y perfeccionan para la vida eterna. Porque de la multiforme gracia del Espíritu Santo fluyen perennemente en ellas divina luz y fuego, salud y fuerza, alivio y descanso, el valor para seguir todo bien y la fecundidad para las santas empresas. Finalmente, el mismo Espíritu obra con su virtud en la Iglesia de tal modo que, así como Cristo es *cabeza* de este cuerpo místico, así Él puede llamarse *su corazón*, y con verdadera semejanza: puesto que *el corazón tiene cierta influencia oculta; y por eso se compara al corazón el Espíritu Santo, que invisiblemente vivifica y une la Iglesia.*

Así pues, porque Él es todo *caridad*, y se le atribuyen de un modo especial las obras de amor, por eso hemos de esperar grandemente conseguir por su medio que, cohibido el espíritu de error y de maldad que tan extendido se halla se haga mas estrecha y se robustezca aquella conformidad y unión de los ánimos, que tan propio es de los hijos de la Iglesia. Los cuales en verdad, según amonesta el Apóstol: *nada obren por contienda, sientan lo mismo, y tengan unánimes la misma caridad; y así, llenándonos de gozo, salvarán también la sociedad y la harán florecer por más de un concepto.*

De ese ejemplo de cristiana concordia de los Católicos entre sí de esa ferviente devoción de rogar al Divino Paráclito, se ha de esperar principalmente, respecto á la reconciliación que intentamos llevar á cabo con los hermanos

disidentes; que estos quieran sentir en sí mismos *lo que en Cristo Jesús*, gozando algún día con nosotros de la misma fe y esperanza, y unidos con los tan deseados vínculos de perfecta caridad.

Empero además de los grandes beneficios con que los fieles que respondieren de buena voluntad á nuestra exhortación verán premiada por Dios tal solicitud de piedad y amor fraterno, queremos añadir y conceder por Nuestra parte el premio de sagradas Indulgencias del Tesoro de la Iglesia.

Así pues, á todos los que durante los nueve días seguidos anteriores á Pentecostés rezaren en cada uno de ellos algunas preces peculiares al Espíritu Santo, pública ó privadamente, les concedemos en cada uno de dichos días la indulgencia de siete años y otras tantas cuarentenas, y una indulgencia plenaria que podrán lucrar en cualquiera de los mismos días, ó en el día mismo de Pentecostés ó en cualquiera de los ocho siguientes, siempre que debidamente purificados con la Confesión y recibiendo la sagrada Comunión rogaren á Dios según nuestra intención que mas arriba hemos significado. Además concedemos que aquellos que repitan piadosamente la misma clase de preces y con iguales condiciones durante los ocho días próximos después de Pentecostés puedan lucrar otra vez una y otra indulgencia. Cuyas gracias con nuestra autoridad decretamos y mandamos que puedan aplicarse también en sufragio de las piadosas almas que son atormentadas en el Purgatorio, y que valgan para los años sucesivos: salvo no obstante todo lo que por costumbre ó derecho haya de observarse.

Dado en Roma en San Pedro, bajo el anillo del Pescador á 5 de Mayo de 1895. Décimo octavo de Nuestro Pontificado —C. Cardenal De Ruggiero.